



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate lesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 3. De Docilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

132 DE VIRT. PRUDENT.

obaudiendum mandatis purgat, qui in omnibus, quæ agit, dignas moderationis metas obseruat.

Postulatio discretionis. Domine Iesu Christe, qui non ut homines, vides in facie; sed ut Deus, intueris cor, & opera nostra, discretionis sale condita, licet externa specie parua sint, approbas, & hoc sale vacua, licet magna videantur, ut vilia & inutilia conténis, intelligétiā nostras spiritu discretionis nobilita, ut vera à falsis, & bona à malis discernēdo, in operibusque & desiderijs nostris measuram virtutis tenendo, vita nostra tibi placeat, & quotidiè ad gloriam tuam in melius proficiat. Amen..

De Docilitate. §. IIII.

Docilitas est applicatio mentis sollicita, frequens, & summissa ad documenta maiorum, non negligens ea propter ignorantiam, ne a co-
Do Thom: temnens propter superbiam. Sic colliguntur ex Thoma Aquinato descriptio q. 49. art. 3. ad 3. docilitatis, cui alia descriptio Cypr. astipulatur, qua docilem definit. Ait enim

enim: Docilis est ille, qui est ad dissen- Cypria: ad
di patientiam lenis & mitis: Pōp. c. ep. .

Incitamenta ad docilitatem sunt: Stephanoi.

I. Exempla sanctissimorum hominū,
qui alios in consilium aduocare, eos
libenter audire, & ipsorum senten-
tiam magis quam propriā sequimar-
llerunt. De quo sic Basilius ait: Quā- Basil. oras.
ta verò utilitas ex consilio alterius per- 21 de fes-
cipiatur, vel maximè patet in Mose, licet
qui quantumuis omni Aegyptiorum sa-
pientia instructus esset, & licet cū Deo
de facie in faciem, utrū amī uscum al-
mico, sermonem & consilia conferret,
tamen socius tuus Iother consilium est se-
quutus, in constituendis centurionibus,
decurionibus, ac tribunis, qui praessent,
ac iudicerent populum. Sic David con-
silio Chusis vsus, hostilis animi consilia
Achitopheli uertit, dissulitq. Profecto
diuina quædam res est consilium: est
namq. animi coniunctio, charitatis
ffuctus, mentis demissa, demonstratio.

II. Ea, quæ prudentiæ & discre-
tioni subsunt, quasi infinita sunt, nec
ullis, quamuis sapientissimus ad omnia per se cognoscenda & discer-

F. 7 nenda

134 DE VIRT. PRUDENT.

nenda potest sufficere: Ergo omnibus docilitas necessaria est, ut alij alios libenter audiant, & eorum sententias, si proprijs definitionibus prestet, actione compleant, & se proprio iudicio non regant. Quare non huic aut

Proru 3.7.

Ec. 6.34.

illi, sed omnibus dicitur: *Nesis sapiens apud temetipsum: Ne innitaris prudentia tuae: Si dilexeris audire, sa-*

Bern. lib.

g. de con-

fd. c.4.

pienseris. Et Bernardus non aliquem monens de medio populo, sed ipsum Summum Pontificem, ait: Diligenter proinde, omne quod faciendum erit, tracta apud te, & cum his, qui te diligunt. Tracta ante factum, qui post factum sera retractatio est. Sapientis consilium est: Omnia fac cum consilio, & post factum non paenitebis.

III. Facile autem reddit docilitatis exercitationem considerare, qui qualesque sint in consultores eligendi. Neque enim omnes in consilio vocandi sunt, nec omnes, consilia nobis ingenentes, audiendi, sed illi, quibus magna protervia est reluctari, quia sapientia & rerum experientia praestant: & insignis sapientiae iudicium est

est illis obedire. Roboam relicto senio-
rum consilio, iuuenibus insipientibus ob-
sequutus est, ideo populus meritò ab
illo defecit. Nō hoc dicimus, sed vt
senioribus, sapientioribus, & Deo
magis propinquis, recta consulenti-
bus pareamus. Quæramus ergò con-
filiariū; qui (vt inquit Ambrosius) ni- Amb.2.
hil nebulosum habeat, nihil fallax, ni- offic.e.17..
bil fabulosum, nihil simulatū, quod vi-
tam eius ac mores refellat, nihil impro-
bū ac malevolū, quod auertat consulen-
tes. Hunc autem gratum erit audire,
huius dictis iucundū erit acquiescere,
periculosum autem eius monita pre-
terire.

Actiones docilitatis sunt: I. Spi-
rituali magistro, qui nos regit, totam
conscientiam, & cunctos recessus
mentis nostræ verè, sincerè, & fideli-
ter patefacere.

II. Faciles & paratos ad eum au-
diendum, & ipsius monitiones acci-
piendas nos exhibere.

III. In omnibus, præsertim alicu-
ius momenti, quantū prudentia per-
miserit, pro consilio ad eū recurrere.

LV.

3. Reg. 12.
13.

135 DE VIRT. PRUDENT.

IV. Quæ precepit aut suaserit,
in quo peccatum non appareat, reue-
nenter excipere, & proprio iudicio
abnegato diligenter executioni
mandare.

V. Quod minus prudentia & dis-
cretionis habemus, habita ad eum o-
bedientia supplere.

VI. Vbi aptus consiliarius defue-
rit, optimum consilium à Deo per
ardentem orationem exquirere.

Postulatio docilitatis.. Domine
Iesu Christe, qui per os Apostoli
tui Iacobi, Sapientiam à te donatam
suadibilem appellasti, & homines
non per Angelos, sed per alios ho-
mines gubernari voluisti; quiq; Pau-
lum Apostolum tuum vas electionis
ad Ananiam, pro accipienda doctri-
na veritatis destinasti: da nobis quæ-
sumus, ne prudentes simus apud nos-
met ipsos; sed nostrum nihil agnos-
cetes, te per superiores ac magistros
nostros ad nos loqui intelligamus, &
ipsis conscientiam nostram sincerè
aperientes, eorum monitis & consi-
glijs nos dociles ac morigeros præbe-
amus. Amen.

De

Iacobii

Aetori

Rom: 12:
10.